

esse peccatores mortisque reos, tamen si respiciere volueritis, non recordabor amplius peccatorum vestrorum.

VERS. 11. — **Nolo mortem.** Nolle, si fieri posset, ut moreretur impius. Hoc theologi de primâ, et, ut vocant, antecedente Dei voluntate interpretantur, quâ omnes homines vult saluos fieri, et ad agnitionem veritatis venire, 1 ad Timoth. 2, 4, et, quâ mortem non fecit, nec letatur in perditiōe vivorum, Sapient. 4, 15. Deus enim creavit hominem inexterminabilem, et ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Invidiâ autem diaboli mors introivit in orbem terrarum, cap. 2, versu 25 et 24. Vide quæ supra notavimus, cap. 18, versu 25. **Quare moriemini?** Quare smetis vos mori, cum possiis, si converti volueritis, vitam vestram servare? Indicat non stare nisi per nos, quominus salvi simus, Deum enim semper stare ad ostium, ut pulset, Apocal. 5, 20, sicut Ecclesiasticus dicit cap. 15, 11: Non dixeris: Per Deum abest; quæ enim odit, ne feceris. Cætera, quæ sequuntur, explicata sunt supra, capite 8.

VERS. 15. — **Pignus restituerit.** Ponit duo iustitiæ opera pro omnibus, ut cap. 8, vers. 6. *Et in mandatis vitæ ambulaverit quæ faciens homo vivit in eis,* ut dicit cap. 20, 11, et Levit. 18, 5.

VERS. 17. — **Non est equi ponderis.** Non est recta ratio, quia Dominus nobiscum agit: cum ipsorum peccatis vitæ recta non sit, ut cap. 18, versu 25, et infra, versu 20.

VERS. 21. — **Transmigrationis nostræ.** Cum Jechonia à Regum 24, versu 12, ex quo etiam perspicuum est superioribus locis prophetam non S-deciæ, sed captivitalis annos numerasse, ut cap. 52, 1; et 51, 4, et 29, 1, 17; et cap. 26, 1; et 24, 1; et 30, 1; et 8, 1. **Veni ad me qui fugerat.** Expugnata jam urbe, ut prædixerat illi Deus, supra, cap. 24, vers. 26.

VERS. 22. — **Manus autem Domini facta fuerat,** id est, corroboraverat me, et confirmaverat Dominus, ut liberè loquerer: aut, afflavit me Dominus spiritu prophético, ut cap. 1, vers. 3; et cap. 5, vers. 22; et cap. 8, vers. 1. **Vespere,** principio ejus diei, quo venit, qui fugerat ex Jerusalem; diem enim Judæi à vespere incipiebant, ut apparet Genes., cap. 1, 5, 15, 19, 25. **Aperitque** (Dominus) os meum, id est, dedit mihi loquendi libertatem, ut mihi promiserat, eadèmodum utens phrasî, cap. 24, vers. 27; eundem Hebraismum adnotavimus cap. 29, 21. Liberè autem locutus est post adventum ejus nuntii, quia narravit captum esse urbem, sicut ipse prædixerat.

VERS. 24. — **Qui habitant in ruinosis his.** Hebr., *in ruinis;* qui manserunt in terrâ Israel omninò vastatâ, nec in Chaldeam cum aliis venire voluerunt, ut in transmigratione Jechoniae, 4 Reg. 24, 12, 14, aut

CAPUT XXXIV.

1. Et factum est verbum Domini ad me dicens:

2. Fili hominis, propheta de pastoribus Israel: propheta, et dices pastoribus: hæc dicit Dominus Deus: Væ pastoribus Israel, qui pascabant

in captivitate Sedecie, Jerem. 39, .0: *De plebe enim pauperum, qui nihil penitus habebant, dimisit Nabuzardan magister militum in terrâ Juda,* ei ergo putabant fore ut totam terram Juda quasi jure suo possiderent. Argumentabantur enim: *Unus erat Abraham, et hæreditate possedit terram in possessionem: nos autem multi sumus: multo ergo majore jure nobis data est, id est, dabitur terra in possessionem, præteritum pro futuro.*

VERS. 25. — **Qui in sanguine comeditis.** Hebr., *super sanguinem,* aut *juxta sanguinem.* Chaldaeus interpretatur, *super sanguinem innocentem,* id est, postquam sanguinem innocentem fudistis, cruentis adhuc manibus cibum securi sumitis, quasi nihil mali fecissetis. R. autem David exponit: *Carnem cum sanguine comeditis, cum ego vobis præceperim.* Levit. 19, 26: *Non comeditis carnem cum sanguine. Non augurabimini, nec observabitis somnia. Oculos vestros levatis ad immunditias vestras, adorandi, aut invocandi causâ,* ut cap. 18, vers. 6, 12, 15; et cap. 23, v. 27. *Immunditias autem vocat idola, vel quia ipsa immunda erant, nimirum oblitâ victimarum sanguine; vel quia cultores suos inquinabant, ut supra cap. 14, 5, 4, et cap. 25, 7.*

VERS. 26. — **Stetistis in gladiis vestris,** id est, confidistis in armis vestris. Dixistis: *Manus nostra excelsa, et non Dominus fecit hæc omnia.* Hoc sensu Chaldaerit, stetistis in fortitudine vestrâ. R. David, *stetistis,* id est, parati fuistis gladiis, promptique ad effundendum sanguinem innocentem.

VERS. 27. — **Qui in ruinosis, in uribus à Chaldaeis semidivitis.** Hebraicè elegans est paronomasia inter ruinas et gladium.

VERS. 30. — **Loquuntur de te.** Obloquuntur, irrident te, sicut Jeremiam, cap. 25, vers. 53, irridentes interrogabant: *Quod est onus Domini?* **Juxta muros.** Ubi solent homines otiosi, quia locus apertus est, ad confabulandum convenire, sicut, et in ostiis domorum.

VERS. 31. — **Quasi si ingrediat populus.** Veniunt ad te turmatim, magnâque multitudine, quemadmodum si universus populus ad te confluere. **In canticum onus sui.** Hebr., *cantiones amatorias faciunt illos,* pro lusu eos habent: versu sequenti videtur, *carmen musicum.*

VERS. 32. — **Et es eis.** Hebr., *et ecce es illis sicut carmen amatorium,* id est, es illis ludibrio, habent te pro histrione.

VERS. 33. — **Quod prædictum est.** Hoc verbum Hebraicè non est: sed explanationis causâ rectè salvoque sensu additum est ab interprete.

CHAPITRE XXXIV.

1. Le Seigneur me parla encore, et me dit:
2. Fils de l'homme, prophétisez touchant les pasteurs d'Israël: prophétisez, et dites aux pasteurs: Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Malheur aux pasteurs d'Israël qui se paissaient eux-mêmes! Les pasteurs ne paissent-ils pas leurs troupeaux?

semetipsos: nonne greges à pastoribus pascuntur?

3. Lac comedebatis, et lanis operiebamini: et quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascabatis.

4. Quod infirmum fuit, non consolidastis, et quod ægrotum, non sanastis: quod contractum est, non alligastis: et quod abjectum est, non reduxistis, et quod perierat, non quaestistis; sed cum austeritate imperabatis eis, et cum potentia.

5. Et dispersæ sunt oves meæ, eò quod non esset pastor: et factæ sunt in devoratiōnem omnium bestiarum agri, et dispersæ sunt.

6. Erraverunt greges mei in cunctis montibus et in universo colle excelso; et super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei et non erat qui requireret, non erat, inquam, qui requireret.

7. Propterea, pastores, audite verbum Domini:

8. Vivo ego, dicit Dominus Deus: quia pro eò quod facti sunt greges mei in rapinam, et oves meæ in devoratiōnem omnium bestiarum agri, eò quod non esset pastor; neque enim quaesierunt pastores mei gregem meum, sed pascabant pastores semetipsos, et greges meos non pascabant:

9. Propterea, pastores, audite verbum Domini:

10. Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse super pastores: requiram gregem meum de manu eorum, et cessare faciam eos, ut ultra non pascant gregem, nec pascant amplius pastores semetipsos: et liberabo gregem meum de ore eorum, et non erit ultra eis in escam:

11. Quia hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse requiram oves meas, et visitabo eas.

12. Sicut visitat pastor gregem suum, in die quando fuerit in medio ovium suarum dissipatarum: sic visitabo oves meas, et liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant in die nubis et caliginis.

13. Et educam eas de populis, et congregabo eas de terris, et inducam eas in terram suam; et pascam eas in montibus Israel, in rivis, et in cunctis sedibus terræ.

14. In pascuis uberrimis pascam eas, et in montibus excelis Israel erunt pascua earum: ibi requiescent in herbis virentibus, et ibi pascuis pinguibus pascentur super montes Israel.

15. Ego pascam oves meas, et ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus.

16. Quod perierat, requiram: et quod abjectum erat, reducam, et quod contractum fuerat, alligabo: et quod infirmum fuerat, consolidabo, et quod pingue et forte, custodiam: et pascam illas in judicio.

17. Vos autem, greges mei, hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego judico inter pecus et pecus, arietum et hircorum.

5. Vous mangiez le lait, et vous vous couvriez de sa laine; vous preniez les brebis les plus grasses, pour les tuer; et vous ne vous mettiez point en peine de paître mon troupeau.

4. Vous n'avez point travaillé à fortifier celles qui étaient faibles, ni à guérir celles qui étaient malades; vous n'avez point bandé les plaies de celles qui étaient blessées; vous n'avez point relevé celles qui étaient tombées; et vous n'avez point cherché celles qui s'étaient perdues; mais vous les dominiez avec une rigueur sévère et avec empire.

5. Ainsi mes brebis ont été dispersées, parce qu'elles n'avaient point de pasteur; elles ont été dispersées divers lieux, et elles sont devenues la proie de toutes les bêtes sauvages.

6. Mes troupeaux ont erré partout sur les montagnes, et sur toutes les collines élevées; mes troupeaux ont été dispersés sur toute la face de la terre, sans qu'il y eût personne pour aller les chercher, sans, dis-je, qu'il y eût personne qui se mit en peine de les chercher.

7. C'est pourquoi, ô pasteurs! écoutez la parole du Seigneur:

8. Je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, que parce que mes brebis ont été livrées en proie, et que mes brebis ont été exposées à être dévorées par les bêtes sauvages, comme n'ayant point de pasteur; puisque mes pasteurs n'ont point cherché mes troupeaux, mais qu'ils n'ont eu soin que de se paître eux-mêmes, sans se mettre en peine de paître mes troupeaux;

9. Vous, dis-je, ô pasteurs! écoutez la parole du Seigneur:

10. Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Je viens moi-même à ces pasteurs; j'irai chercher mon troupeau, et je le reprendrai d'entre leur mains; je les empêcherai à l'avenir de continuer à paître mon troupeau; je ferai que ces pasteurs ne se paîtront plus eux-mêmes; je délivrerai mon troupeau de leur violence; et il ne deviendra plus leur proie;

11. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu: Je viendrai moi-même chercher mes brebis, et je les visiterai moi-même.

12. Comme un pasteur visite son troupeau, lorsqu'il se trouve au milieu de ses brebis dispersées; ainsi je visiterai mes brebis, et je les délivrerai de tous les lieux où elles avaient été dispersées dans les jours de nuage et d'obscurité.

13. Je les retirerai d'entre les peuples, je les rassemblerai des divers pays, et je les ferai revenir dans leur propre terre; et je les ferai paître sur les montagnes d'Israël, le long des ruisseaux et dans tous les lieux du pays les plus habités.

14. Je les mènerai paître dans les pâturages les plus fertiles; les hautes montagnes d'Israël seront le lieu de leur pâture; elles s'y reposeront sur les herbes vertes, et elles paîtront sur les montagnes d'Israël dans les pâturages les plus gras.

15. Je ferai moi-même paître mes brebis; je les ferai reposer moi-même, dit le Seigneur Dieu.

16. J'irai à la recherche de celles qui étaient perdues; je relèverai celles qui étaient tombées; je banderai les plaies de celles qui étaient blessées; je fortifierai celles qui étaient faibles; je conserverai celles qui étaient grasses et fortes; et je les conduirai dans la droiture et dans la justice.

17. Mais vous, mes brebis, voici ce que dit le Seigneur Dieu: Je viens moi-même pour être le juge entre les brebis et les brebis, entre les bœliers et les boucs.

18. Nonne satis vobis erat pasca bona depasci? Insuper et reliquias pascuarum vestrarum conculcatis pedibus vestris : et cum purissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbabatis.

19. Et oves mee his que conculcatis pedibus vestris fuerant, pascebantur : et quae pedes vestri turbaverant, haec bibebant.

20. Propterea haec dicit Dominus Deus ad vos : Ego ego ipse iudico inter pecus pingue, et macilentum :

21. Pro eo quod lateribus et humeris impingebatis, et cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras :

22. Salvabo gregem meum, et non erit ultra in rapinam, et iudicabo inter pecus et pecus.

23. Et suscitabo super eas pastorem unum qui pascet eas, servum meum David : ipse pascet eas, et ipse erit eis in pastorem.

24. Ego autem Dominus ero eis in Deum, et servus meus David princeps in medio eorum : ego Dominus locutus sum.

25. Et faciam cum eis pactum pacis, et cessare faciam besias pessimas de terra : et qui habitant in deserto, securi dormient in salibus.

26. Et ponam eos in circuito collis meae benedictionem : et deducam imbrem in tempore suo : pluviae benedictionis erunt.

27. Et dabit lignum agri fructum suum, et terra dabit germen suum, et erunt in terra sua absque timore : et scient quia ego Dominus, cum contrivero catenas jugi eorum, et ervero eos de manu imperantium sibi.

28. Et non erunt ultra in rapinam in gentibus, neque besiae terrae devorabunt eos : sed habitabunt confidenter absque ullo terrore.

29. Et suscitabo eis germen nominatum : et non erunt ultra imminuti fame in terra, neque portabunt ultra opprobrium gentium.

30. Et scient quia ego Dominus Deus eorum cum eis, et ipsi populus meus domus Israel, ait Dominus Deus.

31. Vos autem, greges mei, greges pascae meae, homines estis : et ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Deus.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — QUI PASCEBANT IN SEMETIPSOS, lacte, et caribus gregis mei, id est, qui suam, non populi mei utilitatem querebant : cum pastoris officium sit, non seipsum, sed gregem sibi commissum pascere. Quid sit pascere semetipsum, statim declarat vers. 5.

VERS. 3. — LAC COMEDIBITIS. *Kelch* quatuor punctis significat lac, sicut noster interpres, et Septuaginta legerunt : quinque autem punctis significat adipem et pinguedinem, sicut nunc legunt Hebraei. Melius noster interpres. Loquitur enim propheta accommodatè ad gregem, qui triplicem proventum praestare solet, lac, lanam, carnes. Per lac intelligi potest stipendium sacerdotum et prophetarum ; pastor enim iure suo

18. Ne devatit il pas vous suffire de vous nourrir en d'excellents pâturages, sans fouler aux pieds ce qui en restait? Et après avoir bu de l'eau claire, vous avez troublé le reste avec vos pieds.

19. Ainsi mes brebis paissent ce que vous avez foulé aux pieds, et elles bravaient l'eau que vos pieds avaient troublée.

20. Cest pourquoi voici ce que le Seigneur Dieu vous dit : Je viens moi-même juger entre les brebis grasses et les brebis maigres ;

21. Parce que vous heurtiez de l'épaule, et que vous choquiez de vos cornes toutes les brebis maigres, jusqu'à ce que vous les eussiez dispersés dehors.

22. Je sauverai mon troupeau ; il ne sera plus exposé en proie ; et je jugerai entre les brebis et les brebis.

23. Je susciterai sur elles le pasteur unique pour les paître, David, mon serviteur ; lui-même aura soin de les paître ; et il leur tiendra lui-même lieu de pasteur.

24. Mais moi, qui suis le Seigneur, je serai leur dieu ; et David mon serviteur sera au milieu d'elles comme leur prince ; c'est moi qui suis le Seigneur qui ai parlé.

25. Je ferai avec mes brebis une alliance de paix ; j'exterminerai de la terre les bêtes les plus cruelles ; et ceux qui habitent dans le désert dormiront en assurance au milieu des bois.

26. Je les comblerai de bénédictions autour de ma colline ; je ferai tomber les pluies en leur temps ; ce seront des pluies de bénédiction.

27. Les arbres des champs porteront leur fruit ; la terre donnera son germe ; mes brebis habiteront sans crainte dans leur pays ; et elles sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, lorsque j'aurai brisé leurs chaînes, et rompu leur joug, et que je les aurai arrachées d'entre les mains de ceux qui les dominaient avec empire.

28. Elles ne seront plus en proie aux nations, et les bêtes de la terre ne les dévoreront plus ; mais elles habiteront dans une pleine assurance, sans avoir plus rien à craindre.

29. Je leur susciterai une plante de grand nom ; et ils ne seront plus consumés par la famine sur la terre et ne seront plus en opprobre parmi les nations.

30. Ils sauront alors que je serai avec eux, moi qui suis le Seigneur leur Dieu, et qu'ils seront mon peuple, eux qui sont la maison d'Israël, dit le Seigneur Dieu.

31. Mais vous, mes brebis, vous les brebis de mon pâturage, vous êtes des hommes ; et moi je suis le Seigneur votre Dieu, dit le Seigneur Dieu.

lacte gregis vescitur. Nam quis pascit gregem, et de lacte gregis non manducat? 1 Corinth. cap. 9, vers. 7. Lana est quiddam praeter sua salaria spoliantes populum accipiebant : carnes hereditatis, quas per homicidia et iniqua iudicia captabant.

VERS. 4. — QUID INFIRMUM FUIT, Hebr., *infirmus*, feminini generis, quia intelliguntur oves. Eodem modo omnia, quae sequuntur, feminina sunt, agrotam, contractam, abjectam ; Hebr., *qua deerraverat*, errantem non reduxistis.

VERS. 10. — ECCE EGO. Venio, ait aliquid huiusmodi, ut cap. 5, 8, et cap. 15, 8, 20, et cap. 21, 5, et cap. 26, 5, et cap. 28, 22, et cap. 29, 5, 10, et cap.

50, 22. SUPER PASTORES. Contra pastores. Ut ultra non pascant. Removebo eos ab officio postorum ; non enim pascebant reverè gregem, ut dixit, DE ORE EORUM propterea dicit de ore eorum quia quod crassum erat, occidebant, ut dixit vers. 5.

VERS. 11. — ECCE EGO IPSE. Christus loquitur, seque venturum promittit ad oves quae perierunt domus Israel, Matth. 15, 24. Sic apud Isaiam, cap. 40, vers. 11 : Sicut pastor gregem suum pascet : in brachio suo congregabit agnos, et in sinu suo levabit, fortis ipse portabit. Zach. 10, 3 : Super pastores iratus est furor meus, et super hircos visitabo : quia visitabit Dominus exercituum gregem suum domum Juda. VISITABO EAS. Quaram eas.

VERS. 12. — SICUT VISITAT ; sicut querit. IN MEDIO OTIUM SUARUM. Inter oves suas. In medio hoc loco praesentiam significat, ut, ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, Matth. cap. 18, vers. 20, id est, praesens illis ero. DE OMNIBUS LOCIS, ubi captivae fuerunt. IN DIE NEBIS ET CALIGINIS, adverso et difficili tempore captivitatis, ut cap. 50, 5, et 52, 7.

VERS. 15. — IN TERRAM SUAM. In Ecclesiam, quam per terram Juda et Israel saepe intelligi manifestum est. Nam etsi historice de reductione Iudeorum ex captivitate Babylonica in pristinas sedes vaticinatur ; tamen longius respiciat liberationem ex diaboli captivitate, quae per Christum facienda erat, et ad vocationem omnium gentium ad Ecclesiam. IN MONTIBUS, IN RIVIS, id est, ubique, tam in montibus, quam in vallibus. Significat Ecclesiam per totum terrarum orbem esse diffundendam.

VERS. 17. — VOS AUTEM GREGES MEI. Postquam cogtra pastores locutus est, convertit orationem ad ipsas oves, quas se iudicaturum dicit, agnosque ad dextram : haedos ad sinistram constituturum, ut apud Matth. cap. 25, 33.

VERS. 18. — NONNE SATIS. Contra divites loquitur, qui, cum lautè viverent, quae ipsis supererant, perdere malebant quam pauperibus largiri. Facit mentionem solius elemosinae pretermisso, quod unum peccatum loco omnium ponit, ut apud Matth. cap. 25, vers. 42. Esurivi, et non dedistis mihi manducare ; sitiivi et non dedistis mihi bibere.

VERS. 20. — INTER PECUS PINGUE. Pingue pecus vocat homines beneficos, plenosque misericordiae, quibus dicit Christus, Matth. 25, 35 : Esurivi, et dedistis mihi manducare ; sitiivi, et dedistis mihi bibere. Macilentos verò vocat avaros, hominesque operibus carentes, quibus Christus dicit : Esurivi, et non dedistis mihi manducare.

VERS. 21. — LATERIBUS. Cubitis et humeris pulsabatis, et cornu petebatis alias oves, donec extra pascum eieceretis. Metaphora ex bobus sumpta, qui infirmiores cornu petunt, et ex loco pasco solent eieceri. Quà figurà significat divites omnia rapuisse, nec quidquam reliquum fecisse pauperibus.

VERS. 25. — PASTOREM UNUM. Non multos, sicut ante. Nam hactenus : Pastores multi demoliti sunt vi-

neam meam, quem desiderabilem in desertum solitudinis, Jer. 12, 10. Nunc autem mittam illum Christum, pastorem ; bonum qui poeet animam suam pro ovibus suis, Joan. 10, 11. Oppositum pastorem novi Testamenti, multis veteris ; sicut D. Paul. ad Hebr. 7, 25, 24, unum sacerdotem multis. Non quòd sub Christo non sint in novo Testamento multi sacerdotes et multi pastores, sed quia unus est princeps sacerdotum et pastorum Christus, in aeternum vivens ad interpellandum pro nobis, Hebr. 7, 25, cum in veteri Testamento multi etiam principes sacerdotum atque pastorum essent, alii alius succedentes, idcirco quòd morte prohiberentur permanere. Quare non magis possunt ex illo D. Pauli Calviniani colligere, neminem esse in Ecclesia praeter Christum sacerdotem ; quam ex hoc loco neminem praeter ipsum esse pastorem. SERVUM MEUM DAVID, id est, Christum Davidis filium. Utiur divus. August. in lib. de octo Dulcitiis Quaestionibus, q. 5, ad quam ultimo loco respondet post octavam, exemplo huius loci, ut doceat Christum aliquando Davidem appellari ; sicut infra, cap. 57, 24 : Servus meus David rex super eos, et pastor unus erit omnium eorum ; et vers. 25 : Et David servus meus princeps eorum in perpetuum ; et Ose. 5, 5 : Post haec revertetur filii Israel, et quaerent Dominum Deum suum, et David regem suum. Quae omnia non possunt intelligi nisi de Christo, cum David multò ante mortuus esset. Ipsi etiam Hebraei de Messia hunc locum intelligunt, ut scribit R. David.

VERS. 25. — PACTUM PACIS. Novum Testamentum, quod Christus reconcilavit omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, sive quae in terra, sive quae in caelis sunt, ad Coloss. 1, 20. Veniens enim evangelizavit pacem vobis, quò longè fuistis, et pacem us qui prope, ad Ephes. 2, 17 : Et cessare faciam bestias, malos demones, ut apud Isaiam cap. 11, vers. 6, et cap. 65, vers. 25 : Lupus et agnus pascentur simul, leo et bos comedent paleas ; quae nihil aliud significant quam summam post adventum Christi pacem futuram. Quae propheta statim Christo nato pericli cepta est ; Lucae 2, 24, omnino autem in caelesti Jerusalem completur, ut indicat D. Joannes in Apocal. cap. 21, 25.

VERS. 26. — PONAM EOS BENEDICTIUM, id est, faciam ut omnes gentes, quae in circuito collis meae, id est, Jerusalem habitant, beatos eos praedicti ; aut ponam eos, et circuitus collis meae benedictionem, haec, effeciam ut non solum ipsis, sed vicinis etiam eorum omnia prosperè succedant, ut proverbium verum sit : Semper aliquid boni propter vicinum bonum. Hunc sensum statim declarat : Deducam imbrem, etc.

VERS. 29. — GERMEN NOMINATUM, nobile, quod totum Iudaeorum gentem illustrabit, Christum, qui egreditur de radice Jesse, Isai. 11, 1, et Jerem. 23, 5 : Suscitabo David germen justum ; et regnabit rex, et sapiens erit, et cap. 33, vers. 15 : Germinare faciam David germen iustitiae ; et faciet iudicium et iustitiam in terra. IMMINUTI FAME. Non minuetur propter famem eorum numerus ; non morientur multi eorum fame

sicut ante, nec ferent opprobria gentium.

VERS. 51. — HOMINES ESTIS. Explicat superiori allegoriam, dicens: Oves et greges, de quibus haec-

CAPUT XXXV.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :
2. Fili hominis, pone faciem tuam adversum montem Seir, et prophetaabis de eo, et dices illi :
3. Haec dicit Dominus Deus : Ecce ego ad te, mons Seir, et extendam manum meam super te, et dabo te desolatam atque desertum.
4. Urbes tuas demoliar, et tu desertus eris ; et scies quia ego Dominus :
5. Eò quòd fueris inimicus sempiternus, et concluderis filius Israel in manus gladii in tempore afflictionis eorum, in tempore iniquitatis extreme.
6. Propterea vivo ego, dicit Dominus Deus ; quoniam sanguini tradam te, et sanguis te persequetur ; et cum sanguinem oderis, sanguis persequetur te.
7. Et dabo montem Seir desolatam atque desertum ; et auferam de eo euntem et redeuntem.
8. Et implebo montes ejus occisorum suorum : in collibus tuis, et in vallibus tuis atque in torrentibus interfecti gladio cadent.
9. In solitudines sempiternas tradam te, et civitates tuae non habitabuntur : et scietis quia ego Dominus Deus :
10. Eò quòd dixeris : Duæ gentes et duæ terræ meæ erunt, et hereditate possidebo eas : cum Dominus esset tibi :
11. Propterea vivo ego, dicit Dominus Deus, quia faciam juxta iram tuam, et secundum zelum tuum, quem fecisti odio habens eos : et notus efficiar per eos, cum te judicavero.
12. Et scies quia ego Dominus audivi universa opprobria tua, quae locutus es de montibus Israel, dicens : Desertum, nobis ad devorandum dati sunt.
13. Et insurrexistis super me ore vestro, et derogastis adversum me verba vestra : ego audivi.
14. Haec dicit Dominus Deus : Letante universa terra, in solitudinem te redigam.
15. Sicuti gavisus es super hereditatem domus Israel, eò quòd fuerit dissipata, sic faciam tibi : dissipatus eris, mons Seir, et Idumæa omnis : et scient quia ego Dominus.

VERS. 2. — PONE FACIEM TUAM. Verte te, converte orationem tuam ; aut, intrepidè et liberè loquere, ut cap. 29, 2, et cap. 28, 21, et cap. 25, 2, et 21, 2, et 20, 46. ADVERSUM MONTEM SEIR, adversus Idumæam. Synecdoche ex parte totum. Nam Seir mons erat in Idumæa inter Asparthitem et Ægyptum, cui Esau illic habitans, qui Seir, id est, hirsutus erat, nomen dedit, Genes. 36, 8, 9, vide supra, cap. 25, 8.

VERS. 5. — ECCE EGO, venio, aut aliquid simile, ut cap. 30, 22, et 29, 3, 40. EXTENDAM MANUM MEAM. Manum extendere verberantis ac ferientis est, ut cap. 25, 7, 15, 16.

VERS. 8. — EO QUOD FUERIS. Quia perpetuus inimi-

cus locutus sum, non sunt peccades ; sed vos domus Israel, qui homines estis ; et pastor vester ego sum Dominus Deus vester.

CAPITULUM XXXV.

1. Le Seigneur me dit encore ces paroles :
2. Fils de l'homme, tourne le visage contre la montagne de Seir ; prophétise contre elle, et dis-lui :
3. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : je viens à vous, montagne de Seir ; j'entrerais ma main sur vous, et je vous rendrais déserte et abandonnée.
4. Je détruirai vos villes ; vous serez déserte ; et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur :
5. Parce que vous avez été l'éternel ennemi des enfants d'Israël, que vous les avez livrés à la puissance de l'épée dans le temps de leur affliction, lorsque leur iniquité était à son comble.
6. C'est pourquoi je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, que je vous livrerai au sang ; et que le sang vous poursuivra ; et parce que vous avez haï votre sang, vous serez aussi persécuté par votre sang.
7. Et je rendrai la montagne de Seir déserte et abandonnée ; et j'en écarterai tous ceux qui y pas saient, et y repassaient.
8. Je remplirai ses montagnes des corps de ses enfants qui auront été tués ; et ils tomberont percés de coups d'épée le long de vos collines, de vos vallées et de vos torrents.
9. Je vous réduirai en des solitudes éternelles ; vos villes ne seront plus habitées ; et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur Dieu.
10. Parce que vous avez dit : Les deux nations et les deux pays seront à moi, et je les posséderai comme mon héritage ; quoique le Seigneur fut présent dans Israël ;
11. Pour cette raison, je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, que je vous traiterai selon cette colère et cette envie pleine de haine que vous avez témoignée contre les Israélites ; et que ce que je ferai parmi eux me fera connaître, lorsque j'aurai exécuté mes jugements contre vous.
12. Vous saurez alors que c'est moi qui suis le Seigneur, et que j'ai entendu toutes les paroles insultes que vous avez prononcées contre les montagnes d'Israël, en disant : Ce sont des montagnes désertes qui nous ont été abandonnées pour les dévorer.
13. Votre bouche s'est élevée contre moi : Vous avez prononcé contre moi des paroles insolentes, et je les ai entendues.
14. Voici donc ce que dit le Seigneur Dieu : Lorsque toute la terre sera dans la joie, je vous réduirai en un désert.
15. Comme vous avez vu avec joie la ruine des terres de la maison d'Israël, je vous traiterai de même ; vous serez ruinée, montagne de Seir, et toute l'Idumée sera détruite ; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

COMMENTARIUM.

citias cum populo meo gessisti. ET CONCLUSERIS FILIOS ISRAEL, quia quo tempore Chaldaei Judæos persequerantur, eos qui ad se fugiebant, occidebant, quod est tradere in manus gladii, ut cap. 25, 12 : *Pro eo quod feci Idumæam ultionem, ut se vindicaret de filiis Juda, peccavitque delinquens, et vindictam expectavit de eis* : et apud Abdiam, vers. 14. *Neque stabis in castris, ut interficias eos qui fugerint ; et non concludes reliquos ejus in die tribulationis. INIQUITATIS EXTREME, extreme calamitatis. Sæpè docuimus ¶¶, iniquitatem pro pena iniquitatis poni, ut Psal. 59, 15 : Comprehenderunt me iniquitates meæ.*

VERS. 8. — SANGUINI TRADAM TE, ad verbum, Son-

guini (aut in sanguinem) faciam te. Quod R. David interpretatur : In sanguinem preparabo te. Ego : *Sanguini tradam te*, ut noster interpres, id est, faciam ut te sanguis persequatur, ut statim explicat. Non possum faciliè divinare quomodo Sept. legerint. Verterunt enim, in sanguinem peccasti, et sanguis persequetur te. Et cum SANGUINEM ODERIS, id est, persecutus fueris, SANGUIS PERSEQUETUR TE. Alii exponunt, secuti R. David, nisi sanguinem oderis ; id est ; nisi te ab effundendo sanguine abstineris, sanguis persequetur te. Non probo : nam quòd Hebraicò dicit, si non, jurandi forma est. Dixerat enim : *Vivo ego, dicit Dominus.*

VERS. 8. — OCCISORUM TUORUM. Occisus ejus mutat autem statim personam, quasi convertens orationem ad ipsam montem, aut ad Idumæam.

VERS. 10. — DUÆ GENTES. Idumæa, quæ jam mea est, et Israel, quæ cum Judæis abentibus occupabatur ; vel Juda et Israel. Utramque interpretationem Hieronymus probat. Ductis in captivitatem Judæis omnes vicinæ gentes in eorum terram quasi in vacuum hereditatem irruerunt, ut indicat Jerem. cap. 49, 1 : *Namquid non filii sunt Israel ? aut hæres non*

CAPUT XXXVI.

1. Tu autem, fili hominis, propheta super montes Israel, dices : Montes Israel, audite verbum Domini :
2. Haec dicit Dominus Deus : Eò quòd dixerit inimicus de vobis : Euge, altitudines sempiternæ in hereditatem date sunt vobis ;
3. Propterea vaticinare, et dic : Haec dicit Dominus Deus : Pro eo quòd desolati estis, et conculcati per circuitum, et facti in hereditatem reliquis gentibus, et ascendistis super labium linguæ et opprobrium populi :
4. Propterea, montes Israel, audite verbum Domini Dei : Haec dicit Dominus Deus montibus et collibus, torrentibus, vallibusque et desertis, parietibus et urbibus derelictis, quæ depopulate sunt, et subsannata à reliquis gentibus per circuitum :
5. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Quoniam in igne zeli mei locutus sum de reliquis gentibus, et de Idumæa universa, quæ dederunt terram meam sibi in hereditatem eum gaudio, et toto corde et ex animo : et ejeceerunt eam ut vastarent :
6. Idcirco vaticinare super humum Israel, et dices montibus et collibus, jugis et vallibus : Haec dicit Dominus Deus : Ecce ego in zelo meo et in furore meo locutus sum, eò quòd confusionem gentium sustinueritis.
7. Idcirco hæc dicit Dominus Deus : Ego levavi manum meam, ut gentes que in circuitu vestro sunt, ipsæ confusionem suam portent :
8. Vos autem, montes Israel, ramos vestros germinetis, et fructum vestrum offeratis populo meo Israel : propè enim est ut veniat :
9. Quia ecce ego ad vos, et convertert ad vos, et arabimini, et accipietis sementem.
10. Et multiplicabo in vobis homines, omnemque

est ei ? cur igitur hereditate possedit Melchom Gad, et populus ejus in urbibus ejus habitavit ? Cum DOMINUS ESSET IBI ; cum terra sancta esset et quasa Dei domicilium propter templum, quod erat in Jerusalem.

VERS. 11. — JUXTA IRAM TUAM. Irascor tibi, sicut tu iratus es filiis Israel, iratusque tractabo te, quem admodum tu eos iratus tractasti, et gloriam meam ostendam illos liberando, te puniendo.

VERS. 15. — INSURREXISTIS, magnificastis vos, aut, os vestrum, id est, ausi estis loqui ; aut superbe contra me locuti estis. Possistis in celum os vestrum, et locuti estis adversus Dominum iniquitatem. DEROGASTIS ADVERSUM ME, dextraxisti mihi, aspera et contumeliosa verba contra me multiplicastis, ut R. David interpretatur. Septuag., clamastis adversum me.

VERS. 14. — LETANTE UNIVERSA TERRA, id est, sicut tu, cum terra Juda vastaretur, letatus es, ita cum tu vastaberis, omnes gentes letabuntur. Id explicat vers. seq.

VERS. 15. — SIC FACIAM TIBI, efficiam ut alix quoque gentes tuo gaudeant interitu.

CAPITULUM XXXVI.

1. Mais vous, fils de l'homme, prophétisez aux montagnes d'Israël, et dites-leur : Montagnes d'Israël, écoutez la parole du Seigneur :
2. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce que votre ennemi a dit de vous, avec des cris de joie : Ces hauteurs éternelles nous ont été données pour notre héritage.
3. Prophétisez, et dites : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce que vous avez été désolés, que vous avez été foulés aux pieds de tous les passans, que vous avez été l'héritage des autres nations, que vous êtes devenus la fable et l'objet des railleries de tous les peuples :
4. C'est pourquoi, montagnes d'Israël, écoutez la parole du Seigneur Dieu : Voici ce que dit le Seigneur Dieu aux montagnes, aux collines, aux torrents, aux vallées, aux déserts, aux maisons ruinées et aux villes désertes, qui ont été dépeuplées et déchirées de toutes parts par les railleries des autres peuples :
5. Voici donc ce que dit le Seigneur Dieu : Comme j'ai parlé dans l'ardeur de ma colère contre les autres peuples et contre l'Idumée, qui se sont emparés de la terre qui était à moi, dans toute la joie de leur âme et de tout leur cœur, pour en faire leur héritage, et qui en ont chassé les habitans pour la ravager :
6. Prophétisez aussi à la terre d'Israël, et dites aux montagnes, aux collines, aux coteaux et aux vallées : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : J'ai parlé maintenant dans mon zèle et dans ma fureur, parce que vous avez été chargés d'opprobres parmi les nations.

7. Voici donc ce que dit le Seigneur Dieu : J'ai juré que les nations qui sont autour de vous, porteront aussi elles-mêmes leur confusion.

8. Et vous, montagnes d'Israël, poussez vos branches, et portez votre fruit pour mon peuple d'Israël ; car le temps où il doit venir est proche.

9. Et voilà que je viens à vous, et je me retournerai vers vous : vous serez labourés, et vous recevrez la sement.

10. Je multiplierai les hommes en vous ; j'y ferai

domum Israel: et habitabunt civitates, et ruinosas instaurabunt.

41. Et replebo vos hominibus et jumentis, et multiplicabuntur, et crescent: et habitare vos faciam sicut à principio, bonisque donabo majoribus quam habitatis ab initio: et scietis quia ego Dominus.

42. Et adducam super vos homines, populum meum Israel, et hereditate possidebunt te; et eris eis in hereditatem, et non addes ultra ut absque eis sis.

43. Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod dicunt vobis: Devoratrix hominum es, et suffocans gentem tuam:

44. Propterea homines non comedes amplius, et gentem tuam non necabis ultra, ait Dominus Deus:

45. Nec audiam faciam in te amplius confusionem gentium, et opprobrium populorum nequaquam portabis, et gentem tuam non amittes amplius, ait Dominus Deus.

46. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

47. Fili hominis, domus Israel habitaverunt in humo sua, et polluerunt eam in viis suis et stodiis suis: juxta immunditiam menstruate facta est via eorum coram me.

48. Et effudi indignationem meam super eos pro sanguine, quem fuderunt super terram, et in idolis suis polluerunt eam.

49. Et dispersi eos in gentes, et ventilati sunt in terras: juxta vias eorum et ad inventiones eorum judicavi eos.

50. Et ingressi sunt ad gentes, ad quas introierunt, et polluerunt nomen sanctum meum, cum diceretur de eis: Populus Domini iste est, et de terra ejus egressi sunt.

51. Et peperci nomini meo sancto, quod polluerunt domus Israel in gentibus ad quas ingressi sunt.

52. Idcirco dices domui Israel: Hæc dicit Dominus Deus: Non propter vos ego faciam, domus Israel, sed propter nomen sanctum meum, quod polluisit in gentibus, ad quas intrastis.

53. Et sanctificabo nomen meum magnum, quod pollutum est inter gentes, et quod polluisit in medio earum, ut sciant gentes quia ego Dominus, ait Dominus exercituum, cum sanctificatus fuero in vobis coram eis.

54. Tollam quippe vos de gentibus, et congregabo vos de universis terris, et adducam vos in terram vestram.

55. Et effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, et ab universis idolis vestris mundabo vos.

56. Et dabo vobis cor novum, et spiritum novum ponam in medio vestri; et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carnetum.

57. Et spiritum meum ponam in medio vestri: et faciam ut in præceptis meis ambuletis, et judicia mea custodiatis et operemini.

58. Et habitabis in terra quam dedi patribus vestris: et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in Deum.

croître toute la maison d'Israël: les villes seront habitées, et les lieux ruinés seront rétablis.

41. Je vous remplirai d'hommes et de bêtes; ils multiplieront et ils s'accroîtront: je vous ferai habiter comme auparavant; je vous donnerai de plus grands biens que vous n'en aviez eu au commencement: et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

42. Je ferai venir sur vous des hommes, mon peuple d'Israël: ils vous posséderont comme leur héritage: vous serez leur héritage; et à l'avenir vous ne vous trouverez plus sans eux.

43. Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Parce qu'on a dit de vous que vous étiez une terre qui dévorait les hommes, qui étouffait son propre peuple,

44. Vous ne dévorerez plus les hommes à l'avenir, et vous ne ferez plus mourir votre peuple, dit le Seigneur Dieu.

45. Je ne ferai plus entendre parmi vous les reproches et la confusion dont les nations vous courraient; vous ne porterez plus l'opprobre des nations; et vous ne perdrez plus votre peuple, dit le Seigneur Dieu.

46. Le Seigneur me parla encore, et me dit:

47. Fils de l'homme, les enfants d'Israël ont habité dans leur terre; ils l'ont souillée par le dégréement de leurs affections et de leurs œuvres; leur voie est devenue à mes yeux comme l'impureté d'une femme qui souille l'incommodité ordinaire à son sexe.

48. C'est pourquoi j'ai répandu mon indignation sur eux à cause du sang qu'ils avaient répandu sur la terre, et de leurs idoles par lesquelles ils l'avaient déshonorée.

49. Je les ai écartés en divers pays, et je les ai dispersés parmi les peuples; je les ai jugés selon leurs voies et selon leurs œuvres.

50. Et ils ont vécu parmi les peuples où ils étaient allés; et ils y ont déshonoré mon saint nom, lorsqu'on disait d'eux: C'est le peuple du Seigneur; ce sont là ceux qui sont sortis de sa terre.

51. Mais j'ai voulu épargner la sainteté de mon nom, que la maison d'Israël avait déshonoré parmi les nations où ils étaient allés.

52. C'est pourquoi vous direz à la maison d'Israël: Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Ce n'est pas pour vous, maison d'Israël, que je ferai ce que je dois faire, mais c'est pour la gloire de mon saint nom, que vous avez déshonoré parmi les nations où vous étiez allés.

53. Et je sanctifierai mon grand nom, qui a été souillé parmi les nations, que vous avez déshonoré au milieu d'elles; que les nations sachent que c'est moi qui suis le Seigneur, dit le Seigneur des armées, lorsque j'aurai été sanctifié à leurs yeux au milieu de vous.

54. Car je vous retirerai d'entre les peuples; je vous rassemblerai de tous les pays, et je vous ramènerai dans votre terre.

55. Je répandrai sur vous de l'eau pure, et vous serez purifiés de toutes vos souillures; et je vous purifierai des impuretés de toutes vos idoles.

56. Je vous donnerai un cœur nouveau, et je mettrai un esprit nouveau au milieu de vous; j'ôterai de votre chair le cœur de pierre, et je vous donnerai un cœur de chair.

57. Je mettrai mon esprit au milieu de vous; je ferai que vous marcherez dans mes préceptes, que vous garderez mes ordonnances, et que vous les pratiquerez.

58. Vous habiterez dans la terre que j'ai donnée à vos pères; vous serez mon peuple, et moi je serai votre Dieu.

29. Et salvabo vos ex universis inquinamentis vestris: et vocabo frumentum, et multiplicabo illud: et non imponam vobis famem.

30. Et multiplicabo fructum ligni, et gemina agri, et non portetis ultra opprobrium famis in gentibus.

31. Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum, studiorumque non bonorum; et displicebunt vobis iniquitates vestrae et scelera vestra.

32. Non propter vos ego faciam, ait Dominus Deus, notum sit vobis: confundimini, et erubescite super viis vestris, domus Israel.

33. Hæc dicit Dominus Deus: in die qua munda vero vos ex omnibus iniquitatibus vestris, et inhabitari fecero urbes, et instaurabo ruinas:

34. Et terra deserta fuerit exulta, quæ quondam erat desolata in oculis omnis viatoris:

35. Dicent: Terra illa incolta, facta est ut hortus voluptatis: et civitates deserta, et destituta atque suffocata, munite sederunt.

36. Et scient gentes quæcumque derelictæ fuerint in circuitu vestro, quia ego Dominus edificavi dissipata, plantavique incolta, ego Dominus locutus sum, et fecerim.

37. Hæc dicit Dominus Deus: Adhuc in hoc invenient me domus Israel, ut faciam eis: Multiplicabo eos sicut gregem hominum.

38. Ut gregem sanctum, ut gregem Jerusalem in solemnitatibus ejus: sicut erunt civitates deserta, plene gregibus hominum: et scient quia ego Dominus.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — SUPER MONTES. De montibus, ad montes, in gratiam montium Israel, in bonam enim partem accipitur. Montes autem vocat totam Judæorum regionem per synchodochem.

